cauſa ſubeſt, non tãtum in voto peregrinationis vltra duas dietas, ſed etiã in omni voto Epiſcopo reſeruato. fo. 428. pa. 2.

¶ Confeſſor Regularis debet aduertere illis, cum quibus diſpenſauit (in voto caſtitatis) ad petẽdum debitum, non poſſe mortuo cõiuge iterum contrahere Matrimoniũ ſine peccato, & poſt contractum eſſe neceſſariã nouam diſpenſationem ad petendum debitum, fo. 428. pa. 2.

¶ Confeſſor Regularis ab Ordinario approbatus, & deſignatus per ſuum Generalẽ poteſt aperire literas Sacræ Pęnitẽtiarię deſtinatas Magiſtris Theologiæ, & in Iure Canonico Doctoribus, & ad ipſum recurrentiũ audire confeſsiones, & impoſita pęnitentia in literis expreſsa, poteſt eos abſoluere, & cum eis diſpenſare ſicut in eis continetur in foro conſcientiæ tantum. fo. 429. pa. 1.

¶ Confeſsor Regularis (per conceſsionem factam Ordini Diui Hieronymi) deputatus per Superiorem, in foro conſcientiæ poteſt diſpenſare ſuper irregularitate quacunque occaſione contracta. fo. 430. pa. 1. & 2.

¶ Con